



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

10 vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

lis est operatio eligenda, media felicitatis, non extrema, & non dicitur tantum in communi quod sit bona.

In responsione ad tertium, habes unde reddere potes aliam rationem, quare uirtus moralis non potest esse a natura, quia, si, si mediū non potest esse determinatum a natura, quia natura determinata est ad unum. Mediū autem non uno: sed multis modis oportet esse, propter quod ratione determinatur in unoquoque secundum contingentiam. Ex hoc namque, quod mediū non est a natura determinatum, sequitur quod uirtus, quae nata est tendere ad mediū, non est a natura, quoniam natura genita uirtus ad unum determinata est, ut patet in habitu principiorum.

Super quaest. quadragesima septima articulum notatum.

In art. 9. omisso 8. adherere, ut penetret proprium significatum sollicitudinis, quod sollicitus, sicut & sollicitio sollicitas, a quo derivatur secundum Grammaticam, mediante cito & citius, & sicut dicitur modo inueniuntur composita, ut excitio, concitio, sulcitio &c. ita inuenitur sollicitio a solo, & cito, mutato, q, in, quasi ex solo. i. quietis loco moueo. Sed quoniam non solum in actiua, sed passiua significatio inueniuntur composita huiusmodi, ut patet de accitio, ileo proprie loquendo, sollicitus passiuam habet significationem, quasi solo citum, id est, motum, ad similitudinem commoti ex suo loco, inquietum significat. Verum quia ad inquietum linem mentis circa agenda, cauenda, euentusque, impositum est nomen sollicitudinis, ideo proprie significare uidetur inquietam attentionem. Quam diu namque solliciti sumus, inquiete attendimus, & econuerso, quam diu inquiete attendimus, solliciti sumus. Et iuxta hanc significationem, omnis oratorum, poetarum, ac etiam sacre scripturae usus consonus inuenitur. Et iuxta hanc significationem optime spectat ad prudentiam. Inquieti siquidem ar-

profecunda, & mala cauenda. & tamen precauere infidias non attribuit Augu. prudentia quasi ad principalē actū ipsius, sed quia iste actus prudentia non manet in patria.

AD SECUNDVM Dicendū, quod bonitas consilii requiritur ut ea, quae sunt bene inuenta, applicentur ad opus. Et ideo precipere pertinet ad prudentiam, quae est bene consiliatiua.

AD TERTIVM Dicendū, quod mouere absolute pertinet ad uoluntatem: sed precipere importat motionem cum quadam ordinatione, & ideo est actus rationis, ut supra dictum est.

ARTICVLVS IX.

Utrum sollicitudo pertineat ad prudentiam.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod sollicitudo non pertinet ad prudentiam. Sollicitudo enim inquietudinem quandam importat. Dicitur enim in li. i. Etym. quod sollicitus dicitur, qui est inquietus: sed motio maxime pertinet ad uim appetitiuam: ergo & sollicitudo pertinet ad uim appetitiuam non est in ui appetitiua, sed in ratione, ut supra habitum est: ergo sollicitudo non pertinet ad prudentiam.

¶ 2. Praet. Sollicitudini uidetur opponi certitudo ueritatis, uñ dicitur 1. Reg. 9. quod Samuel dixit ad Saul. De afinis, quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, qui inuentus sunt: sed certitudo ueritatis pertinet ad prudentiam, cum sit uirtus intellectualis: ergo sollicitudo opponitur prudentiae magis, quam ad eam pertinet.

¶ 3. Praet. Philo. dicit in 4. Eth. quod ad magnanimum pertinet pigritiam esse, & otiosum: pigritia autem opponitur sollicitudo: cum ergo prudentia non opponatur magnanimitati, quia bonū non est bono contrarium, ut dicitur in Praedicationibus: ergo uidetur quod sollicitudo non pertineat ad prudentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 4. Estote prudentes, & uigilate in orationibus: sed uigilantia est idem sollicitudini: ergo sollicitudo pertinet ad prudentiam.

RESPON. Dicendum, quod si cut dicitur Isid. i. li. Etym. Sollicitus dicitur quasi solers citus, in quantum solers est ad profecundū ea, quae

sunt agenda. Hoc autem pertinet ad prudentiam, cuius praecipuus actus est circa agenda praecipere de preconsiliatis, & iudicatis. Unde Philo. dicit in 6. Ethic. quod oportet operari quidem uelociter consiliata, consiliari autem tarde. Et inde est, quod sollicitudo proprie ad prudentiam pertinet. Et propter hoc Aug. dicit li. de morib. Ecclesiae, quod prudentia sunt excubiae, atque diligentissima uigilantia, ne subrepente paulatim mala insasio ne fallamur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod motus quidem pertinet ad uim appetitiuam, sicut ad principium mouens, tamen secundum preceptū, & directionem rationis, in quo consistit ratio sollicitudinis.

AD SECUNDVM dicendū, quod sicut Philo. in 1. Ethic. Certitudo non est similiter querenda in omnibus, sed in unaquaque materia secundum proprium modum. Quia uero materia prudentiae sunt singularia contingentia, circa quae sunt operationes humanae, non potest certitudo prudentiae tanta esse, quod omnino sollicitudo tollatur.

AD TERTIVM dicendum, quod magnanimitas dicitur esse piger & otiosus, non quia de nullo sit sollicitus, sed quia non est superflue sollicitus de multis: sed confidit in his, de quibus confidendum est, & circa illa non superflue sollicitatur. Superfluitas enim timoris, & diffidentiae facit superfluitatem sollicitudinis: quia timor facit confidit nos, ut supra dictum est, cum de passione timoris ageretur.

ARTICVLVS X.

Utrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod prudentia non se extendat ad regimen multitudinis, sed solum ad regimen sui ipsius. Dicit enim Phil. in 5. Eth. quod uirtus relata ad bonum commune est iustitia: sed prudentia differt a iustitia, ergo prudentia non refertur ad bonum commune.

¶ 2. Praet. Ille uidetur esse prudens, qui sibi ipsi bonum quaerit, & operatur: sed frequenter illi, qui quaerunt bona communia, negligunt sua, ergo non sunt prudentes.

¶ 3. Praet. Prudentia diuiditur contra temperantiam, & fortitudinem: sed temperantia, & fortitudo uidentur dici solum per comparationem ad

Secunda Secundae S. Thomae.

tentio ad praecipendum, ad cauendum, circumspiciendum, discendum &c. maxime ad prudentiam spectat. Unde Aposto. sollicitudinem omnium se habere ecclesiarum contestatur, qui in quiete attendebat, quomodo proficiebant, in quo deficerent, quo egerent &c. Nec id dicimus, ut Isidorum reprehendamus, quoniam ille non derivatione, sed etymologiam uocabuli dixit iuxta rei significatam, uel litterarum similitudinem: quem in pluribus locis affert author, ures etiam his minimis locis sanctorum patrum ad clarificandam rem his specialiter, quos sacrorum doctorum lectio exciret. Expla natur nihilominus ex illa etymologia, quod sollicitus est alicuius, i. festinus. Qui n. inquiete attendit alicui, festine exequitur, cum tempus est, & potest alioqui non inquiete attendere: quare enim hic quietere.

In responsione ad primum aduerte, quod sollicitudo, seu inquietudo, nisi sit ratione regulata, non spectat ad prudentiam. Et propterea author sollicitudinis uocabulum ad bonum determinans, quamuis multi ad eundem sanguinem solliciti sint, dixit, quod consistit in praecipio, & directione rationis. Puto autem hoc ipsum dixisse, quia licet sollicitudo absolute ad bonum & malum sit, in morali tamen scientia ad bonum tantum usurpata est.

Super quaest. quadragesima septima articulum decimum.

In art. 10. in responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud, Bonum primum non potest esse sine communi, & eius probationem. Nam potest quis habere bonum honestum, puta, uirtutem temperantiae, & utile, puta, diuitias, & delectabile in ioco, uel ludo absque communi bono: Nec ex hoc quod Romani amabant magis communes, quam proprias diuitias, probatur, quod proprie non possunt esse absque communibus.

Ad hoc dicitur, quod author loquitur ad litteram de bono utili, & delectabili, & intendit, quod non potest haberi sine recta ratione sine bono communi. sine relatione

Li. 6. c. 9. primum a principio.

Ca. 24. in medio illius, tomo 1.

Li. 1. c. 3. circa primum & c. 7. circa finem tomo 5.

1. 2. q. 44. articulo 2.

Inf. q. 49. art. 3. ad 3. & c. 1. q. 22. articulo 4. cor.

Li. 5. c. 1. circa finem precipue, to. 5.

relatione ad bonum commune, hoc est, nisi proprium pro communi bono sit paratum, non recta ratione habetur. Et hoc probatur per Romanos non ex abdicatione fatua bonorum, sed ex recta ratione propria bona pro communibus sic ponebant, ut mallet propria non habere, communitate ea habente, quam communitatem non habere, & se habere. Optimu autem fuisse & ipsos, & communitate habere.

Li. 5. c. 3. circa fin. videtur in manu, c. mo 5.

¶ Super quaest. quarta gesima septima articulum undecimum.

**I**N ar. 11. eiusdem q. dubium occurrit multiplex. Primum est, Quo pacto in virtute boni viri includitur virtus principis, cum distinguantur specie, ut in corpore ar. dicitur, prudentia moralis, quae est virtus boni viri; & prudentia politica, quae est virtus principis. Secundum est, Quo pacto valet ratio litera, quia ad bonum virum pertinet posse bene principari, & bene subici. Ex hoc enim si sequitur, quod includat virtutem principis, sequitur etiam quod includat virtutem subditi, pari ratione. Et cum virtus principis distinguatur specie a virtute subditi, ut in littera dicitur ex Aristotele, sequitur, quod virtus boni viri includat oppositas virtutes. Tertium dubium est, quia falsum est, quod ad bonum virum spectet posse bene praesse, & subesse. Multi enim sunt viri boni, qui non possunt bene praesse, ut experientia testatur. Quartum est dubium politicum in precedenti li. de q. 9. Quare scilicet virtus boni viri magis identificatur virtuti principis, quam civis, ut dicatur, quod eadem est virtus boni viri, & boni principis; & quod non est eadem virtus boni viri, & boni civis, cum etiam ad bonum civem spectet posse bene praesse, & subesse, ut in co. de 3. Politicorum dicitur.

Lib. 4. c. 4. in titulo de Aelia familia, in fine.

Li. 3. c. 8. inter medium & fi. to. 1.

Lib. 5. c. 7. a medio, to. 5.

bonum proprium, ergo est prudentia. **S**ED CONTRA est, quod Dominus dicit Matt. 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam?

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 6. Ethic. Quidam posuerunt quod prudentia non se extendit ad bonum commune, sed solum ad bonum proprium, & hoc ideo, quia existimabant quod non oportet hominem quaerere nisi bonum proprium: sed haec aestimatio repugnat charitati, quae non quaerit quae sua sunt, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. Vnde & Apostolus de seipso dicit 1. ad Corinth. 10. Non quaerens quod mihi utile sit, sed quod multis, ut salvi fiant. Repugnat etiam rationi rectae, quae hoc iudicat, quod bonum commune sit melius, quam bonum unius. Quia ergo ad prudentiam pertinet recte consilium, iudicare, & praecipere de his, per quae percutitur ad debitu finem, manifestum est, quod prudentia non solum se habet ad bonum priuatum unius hominis, sed etiam ad bonum commune multitudinis.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus ibi loquitur de virtute morali. Sicut autem omnis virtus moralis relata ad bonum commune, dicitur legalis iustitia, ita prudentia relata ad bonum commune, vocatur prudentia politica. Nam sic se habet politica ad iustitiam legalem, sicut se habet prudentia simpliciter dicta ad virtutem moralem.

**A**D SECVNDVM dicendum, quod ille qui quaerit bonum commune multitudinis, ex consequenti etiam quaerit bonum suu propter duo. Primum quidem, quia bonum proprium non potest esse sine bono communi vel familie, vel ciuitatis, aut regni. Vnde Maximus Valerius\* dicit de antiquis Romanis, quod mallebant esse pauperes in diuite imperio, quam diuites in paupere imperio. Secundum, quia cum homo sit pars domus, vel ciuitatis, oportet, quod homo consideret quid sit sibi bonum ex hoc, quod est prudens circa bonum multitudinis. Bonum autem dispo partium accipitur secundum habitudinem ad totum, quia vt Aug. dicit in li. confess. Turpis est omnis pars suo toti non conueniens, vel non congruens.

**A**D TERTIVM Dicendum, quod etiam temperantia & fortitudo possunt referri ad bonum commune. Vnde de actibus earum dantur praecipua legis, ut dicitur in 5. Ethic. Magis tamen prudentia, & iustitia quam pertinent ad partem rationalem, ad quam directe pertinent commu-

nia, sicut ad partem sensitivam pertinent singularia.

ARTICVLVS XI.

*Vtrum prudentia, quae est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quae se extendit ad bonum commune.*

**A**D VNDECIMVM sic proceditur. Vt quod prudentia, quae est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quae se extendit ad bonum commune. Dicitur a Philosopho in 6. Ethic. quod politica, & prudentia idem habitus est: esse autem, non idem ipsis. Praeterea Philosophus dicit in 3. Politicorum, quod eadem est virtus viri boni, & boni principis: sed politica maxime est in principe, in quo est finis architectonica. cum ergo prudentia sit virtus boni viri, vt quod sit idem habitus prudentia, & politica. Praeterea, quorum unum ordinatur ad aliud, non diuersificant speciem, aut subiectum habitus: sed bonum proprium, quod pertinet ad prudentiam simpliciter dictam ordinatur ad bonum commune, quod pertinet ad politicam, ergo politica, & prudentia non differunt specie, neque secundum habitus substantiam.

**S**ED CONTRA est, quod diuersae scientiae sunt politica, quae ordinatur ad bonum commune ciuitatis: & oeconomica, quae de his est, quae pertinent ad bonum commune domus, vel familiae: & moralis, quae est de his quae pertinent ad bonum unius personae, ergo pari ratione & prudentia sunt species diuersae, in hac diuersitate materiae.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut supra\* dictum est, species habitus diuersificantur secundum diuersitatem obiecti, quae attenditur penes rationem formalem ipsius. Ratio autem formalis omnium, quae sunt ad finem, attenditur ex parte finis, sicut ex supra\* dictis patet. Et ideo necesse est, quod ex relatione ad diuersos fines diuersificantur species habitus. Diuersi autem fines sunt bonum proprium unius, & bonum familie, & bonum ciuitatis, & regni. Vnde necesse est, quod prudentiae differant specie secundum differentiam horum finium, ut dicitur in 1. Politicorum. Quae simpliciter dicta, ordinatur ad bonum proprium. Alia autem est oeconomica, quae ordinatur ad bonum commune domus, vel familiae. Et tertia politica, quae ordinatur ad bonum commune ciuitatis, vel regni.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus non intendit dicere, quod politica sit idem secundum substantiam habitus cuiuslibet prudentiae.